Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ipsorum quatuor. et penne eorum erant extrinsecus
desup. Due penne singulorum iungebantur.
et due tegebant corpa eorum. et unum quisque co
ram facie sua ambulabat. Vbi erat impetus
spiritus illuc gradiebantur. et non reuertebantur cum
ambularent. Et similitudo animalium as
pectus eorum quasi carbonum ignis ardentium.
et quasi aspectus lampadarum. Matheum.
Ihesus. t. Vidit ihesus hominem sedentem in
theloneo matheum nomine. et ait illi. Sequ
re me. Et surgens. secutus est eum. Et factum est
discumbente eo in domo. ecce multi publi
cani et peccatores uenientes discumbebant
cum ihesu et discipulis eius. Et uidentes pharisei.
dicebant discipulis eius. Quare cum publicanis
et peccatoribus manducat magister uester. At ihe
audiens ait. Non est opus ualentibus medico.
sed male habentibus. Euntes autem. discite quid est
misericordiam uolo et non sacrificium. Non enim uenit uo
care iustos. sed peccatores. Hait. Cum meriam. e
t iustum deduxe. Eu Siquis uult. Hait Mauricii. so.